



Carmen votivum in Academiae Ultrajectinae jubilaeum, xvi, Martii M.DC.LXXXVI

<https://hdl.handle.net/1874/343263>

CARMEN VOTIVUM
I N
ACADEMIÆ
ULTRAJECTINÆ
JUBILÆUM.

38

XVI. Martii M. DC. LXXXVI.



ULTRAJECTI,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, clō lōc LXXXVI.

CARMEN VOTIVUM
S E N A T U I
A U G U S T I N I
U L T R A J E C T I N E

U B I F A U M
M D C LXXXVI

lib. II. Nonnulli Romae, in insularibus
locis, quasi de Campis Israel Profectionum
triumphos, et quosdam Inducuntur Inducuntur
vires inter se, et quosdam Inducuntur
gentes nostrae dicitur, et quae ipsam Reformationem
causam per dicitur, et quae ipsam Reformationem
habuit orationem in Reformationis Inducuntur
reformationem, et quae ipsam Reformationem
habuit orationem in Reformationis Inducuntur

EX OFFICINA FRANCISCI ARLMA, ACADEMIAE
TYPOGRAPHI, CL. MDCLXXXVI

Nobilissimo & Amplissimo

SENATUI
ULTRAJECTINO
SACRUM.

VIRI NOBILISSIMI,



Annus erat Septimus decimus hujus Sæculi, cum Reformationis Jubilæum indicerent Germania Principes. Descripsit, at rixit Historiam Grammondus Hist. lib. II. flevit interim Roma, ut ut Instituto Jubilæo, quasi de extirpatâ Hæresi Protestantium triumphasset. Nempe Nundinationes Indulgentiarum iterare Paulo V. placuit, quas quidem Emulgentias nostri dixere, & quæ justam Reformationi causam præbuerunt: aliud enim prædicant Evangelium. At suos Hymnos animitus intereâ cecinerunt Protestantes, liberati à Pontificia Tyrannide, habitis orationibus in Reformationis laudem, vituperiumque Papatûs, cussis etiam nummis cum hisce Inscriptionibus, Verbum Domini manet in æternum.

nuni. Turris fortissima Nomen Domini. Lu-
men Euangelii perenna Deus noster. Jam lu-
cet omnibus Modio remoto.

*Pium hoc Institutum A. A. & N. N. Viri, imi-
tari voluistis, hodieque Jubilante Roma de dele-
tis quasi in Galliâ Protestantibus, cum celebrare A-
demie Natales hocce indicto solemnî Jubileo decre-
vistis: Academia, inquam, qua tantam Trajecto
gloriam, tantam Orbi Reformato utilitatem, tan-
tum Papatui vulnus ac detrimentum attulit. Hinc
enim enata plurima pro nostrâ fide Scripta, exorti
innumeri in Orbe Europeo Euangelii Præcones ac
Doctores, qui Protestantium ac Reformatorum cau-
sam masculine sustinuerunt ac propagarunt. Sane
Deo immortales illi agunt gratias, quod Vestra pie-
suos Titulos, Honores, ac Studia omnia debeant.*

*Ego verò hoc Votivum Vestre Academia V. V.
A. A. & N. N. accinere volui, leti in animi te-
stimonium, ac sacram Posteris memoriam, quam
perpetuam esse intimis præcordiis*

Apprecor

Vester ad omnia obsequia

Dabam 16. Martii 1686.

MELCHIOR LEYDECKER.



CARMEN VOTIVUM
IN
SEMISECULAREM
ACADEMIÆ
ULTRAJECTINÆ
JUBILÆUM.



En mihi quam toto nigrescunt nubila
Cœlo,
Et gemebunda jacet pallida Sponsa
Dei!

Jubila dum resonant Romæ, lætatur
Iberus

Et ruit in Nostrum Gallia sæva neces.

Gallia, quæ quondam Fratres amplexa, suoque

Christicolas blando fovit amica sinu.

Fare, age, quid te Miles habet, crudelis in armis!

Inferus instruxit Prælia vestra Draco.

A 3

Bella

Bella paras, Rex Magne, tibi paritura Triumphos?

Tuque tuis Scepbris, Infula Nigra sacris?

Non, Ludovice, nitent sic candida Lilia: Rore

Sed mage sanguineô Lilia vestra madent.

Quid grunnis Mitrata Cohors tua Iubila, Iesus

Audit, & ad gemitus mox rediturus adest.

Iam canit in superis laudes Gens sancta triumphans,

Exitioque tuo est proximus ille Dies.

Interea mihi Festus erit Iubilæus, & Urbi

Et Patriæ, & Iuvenum gaudia læta Choro.

Sunt etenim jam Lustra decem, fausto omine Musis;

Cum Themidi, & Fidei celsa sacrata Schola est.

O memoranda Dies! Quando non Phæbus Apollo

Hanc struxit Sophiæ Palladis arte Domum;

Sed *Sol Justitiæ*, subliminibus alta columnis,

Tecta sibi voluit ritè locanda Deo.

Tempus erat cum Roma Orbem sædaverat, Urbemque

Hanc sibi subdiderat cœca Superstitio.

Dispulit has Tenebras subito caliginis atræ

Phosphorus, & Cœlo reddidit ille Diem.

Hinc Iubilis potuit noster lætariæ Orbis

Ingenuæque Deo credere mente Suo.

Belgi-

Belgica præcipuos hos Christo debet honores,
Liberæ quæ pariter Membra Animosque gerit.
Et tu, Rhene Pater, qui dulcia colluis Arva,
Murmure plaude tuæ, dum Jubilamus, aquæ.
O festiva Dies, quæ nunquam illuxerat! Ora
O mihi si centum, Carmina mille forent!
Nobile Trajectum, te Præsul legerat Urbem,
Arridente Solo, pelliciente Polo.
Hic sedes fuerat Sacrorum antiqua: sed, Eheu!
Quam malè sunt Musæ cultæ habitæque Viris?
Ast rediére pares ad candida Tecta, repulsam
Unde illis dederat Barbara Turba Scholæ.
Quin viguère dein, Themis alma, Machaonis artes,
Et quidquid Sophiæ est: sic voluère Patres.
Sic SOL JUSTITIÆ (non Tuta heic Ægide Pallas)
Tu Luce ILLUSTRÀ NOS, Bone Chrifte, tuâ.
Quis verò hinc celebrare queat, qui lumine purò
Fulsère ut pulcro Sidera fixa Polo?
Obstupuère omnes, Alemannus, Sarmata, Gallus
Et Brito, queis nullus Major in orbe foret.
Papa sibi metuit, sensit sua vulnera: Babel
VOETIADÆ ad Nomen tota tremebat iners.

Non

Non Veteris deserta unquam hic vestigia Recti,
Nec Patrium est falsò contemerata Fides.
Gratum opus, O, superis! Hinc cum sibi Gallus haberet
Mœnia, Doctilo quæ non siluère togæ.
Et quivit Mavors de Cive referre triumphos,
Sed tua, Trajectum, tuta Minerva fuit.
Tuta fuit solò Divino Numine : cum SOL
JUSTITIÆ arceres Militis omne nefas.
O nimitùm Dilecta Deo! Nubecula Francus
Ipse foret; Miseris hæc sacra pignus erant.
Fundite nunc Hymnos Pueri inuptæque Puellæ,
Curia, Tempa, Domus, Gloria summa Scholæ.
Adsis, Magne Pater, Rex Jesu, spiritus alme,
Accipe, quæ canimus, Iubila læta Tibi.
Serva Urbem, Patriæque, Patres, Nostrumque Lycæum;
Et redeant vicibus Gaudia tanta suis.

F I N I S.

